FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [Johann Wilhelm von der Lith].

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 20.05.1727

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-12545

Visual Library

88 A 135 88

~~Vir summe reverende~~ Dno a Lith, ~~ad [illegible]~~

Hauptbibliothek des Waisenhauses

~~Cari~~ Vir summe reverende,
in CHRISTO, conserve et frater
dilectissime,

Cum hinc ad vos proficiscatur,
probus et bene a doctrina instructus moris,
Winckler, nolui eum sine literis dimittere,
memor et amicitiae nostrae, et officii,
quod deberem optimo iuveni, quem,
brevi temporis intervallo, quo nostrae academiae
alumnus fuit, ita se gessisse, testor, ut
eum in paucis dilexerimus, et speremus,
fore ipsum ~~propaganda~~ amplificandae glo-
riae divinae instrumentum sanctissimum.
Deinde, ~~utor~~ oblata hac opportunitate, ~~lectissime~~
tibi, coniunctissime ~~A~~mice, quem quoque
inter ceteros, ~~fama adversae valetudinis~~
~~meae adversae percussisse~~ percrebescen-
te adversae valetudinis meae fama,
non parum doluisse, ~~significandum~~
duxi, ut solicitudine liberaris, quomo-
do me in praesenti habeam, duxi signi-
ficandum. Deo, qui me, ut aliis bene-
ficiis innumeris, ita prospera etiam
valetudine, per omne ferme vitae
tempus, benignissime impertivit, visum
fuit, annis duobus novissimis, me,
diuturno ac molestissimo dyscrasiae
malo, ~~paterne~~ castigare; in quo ta-
men paternum Domini animum
agnovi, ideoque hunc morbum, tanquam
ingens beneficium, licet carni ingratum,
exosculatus sum. In hoc malo, quo, in
tertium usque annum, vehementius
laboravi, Medici peritissimi, iique fidelis-
simi, et mei apprime amantes, mi-
hi minime defuerunt: quibus etiam
fontes accesserunt medicati; quibus
suasu medicorum, usus sum. Ma-
lum vero neque arti cessit medicorum,
neque, ut medici speraverunt, fon-
tibus medicatis. Tandem, in valetudi-

Viro summe reverendo
Domino A Lith,
[illegible]
in ditione Onolsbacensi
[illegible]
Onolsbacum

nanio [?] in verba Christi, Joh. XV. 7. Si et vos in me manseritis, et mea verba in vobis manserint, quicquid postulare voletis, id vobis concedetur. Lectis his verbis, Deum precatus sum, dicens: rogo te, mi Pater coelestis, ut secundum hanc expressam et dilucidam, nec ullo modo ambiguam, sed sole clariorem generalemque Filii tui promissionem, rogo te, inquam, ut morbo meo me liberes, et secundam valetudinem mihi largiaris. Cum haec verba dixissem, subierunt illico animum meum dicta parallela cum veteris tum novi testamenti, inprimis autem ea, quae habent proxime antecedentia et consequentia capita Johannis. Preces autem meas, modo memoratas, illo et proxime sequentibus diebus, saepius repeti. Tum elapsis paucissimis diebus, praeter ipsorum medicorum spem, factum, et quidem, ut singulare Dei beneficium in eo clarius intelligerem, subito factum est, ut malum illud dobreias penitus cessaret, non gradatim, ut fieri solet, cum medicamina adhibentur, sed ita, ut statim nihil inde mihi superesset incommodi, quasi evanuisset. Sub finem mensis Novembris anni praeteriti hoc contigit: nec postea, in hunc usque diem, ullam dicti mali accessionem amplius sensi; sed

ab illo tempore, indies magis valetudo
mea confirmata est. Unde etiam,
superiori hebdomade, redii ad
praelectiones meas paraeneticas,
in quarum primis, ago de uti-
litate, ex adversa valetudine,
a theologis, verbi divini ministris
tum capienda, tum ecclesiis mi-
nistranda: cuius argumenti medi-
tationes quam plurimas ipsa mea
diuturnior corporis infirmitas
mihi suppeditavit. Postquam ita,
digito dei, sanatus essem, subiit,
hora aliqua matutina, mentem meam
haec cogitatio, suggerente illam mi-
hi, ut certissime persuasum habeo,
Spiritu sancto: debere me, postquam
convaluissem, et annum aetatis LXX ~~tum~~ essem
ingressus, ad amicos veteres, aut senes
mecum factos, aut certe senescen-
tes, scribere, eosque hortari, ut mecum,
in senectute, pio ac christiano
modo, contra senectutem, pugna~~rent~~,
scilicet ita, ut, sub coelestis gratiae
auxilio, ~~operam~~ in reliquo vitae cursu,
~~id caveat~~ id sedulo caveant, ne
profana multitudo ipsis exprobrare
possit, eos quidem, iuvenes, in opere
Domini, fuisse alacres et strenuos;
~~at~~ nunc autem, in senectute, langvescere,
nec ecclesiam amplius, per eos, iuvari:
sed ita se gerant, ut omnes fateri
cogantur, ipsos ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ senectutis infirmitatem
diligentia ac pio circa gloriam Dei zelo compensare.

Obsequutus hunc cogitationi, pro re
nata, iam ad plures amicos scripsi,
eos cohortandi caussa. Nec dubitavi,
nactus hanc te compellandi occasionem,
tibi, ~~ut~~ etiam suspiciendo, et in domino
dilectissime, ipsius cogitationis summam
indicare, ~~licet~~ cum tu ipse quoque ~~aetate~~
aevo in senium vergere videris, et
sperans, te meo in amori hanc fidu-
~~ciam~~ facile ~~libenter~~ condonaturum. Licet
autem ~~forte~~ forte tibi non opus ~~habeas~~ sit adhorta-
tione mea, confido tamen, tuam
illa confirmatum auctum iri alacri-
tatem. Deum vero submisse oro, ut
te spiritu suo impleat, quo, fructibus
fidei, ~~ardori~~ ~~omnis amoris~~ ~~cum~~
~~alacri~~ magis magisque sis conspi-
cuus, in spatioso campo, quem
tibi dominus aperuit; quo !! excitentur
etiam ~~per~~ ~~tuam~~ tua voce, tuis precibus,
tuo exemplo, subiecti tibi conservi,
ad fideliter ~~operandum~~ faciendum
opus + profligatoque frigore spirituali ~~pristinus~~ primaevus ecclesiae reducatur ardor. ~~et ut ita~~ Vale, Optime
Amice, in Christo, ~~et cum quo~~
apud quem, ~~et~~ ~~perfuncti~~ ~~labore~~ ~~recte~~
~~mox~~ perfuncto mandato nobis labore,
~~olim~~ aeternam ~~in~~ inveniemus
~~nos~~ quietem! ± iterum vale.

~~Vir summe reverende~~,
Vir summe reverende,
Conservo ~~amice~~ in domino carissime,

Tuus
omni amore
et studio
A. H. F.

Halae d. ~~xx~~ 20 Maj.
1727.